

R. P. D.
P A M P H I L I O

HISPALEN. IVRIS NOMINANDI.
PRIMITIARVM. &c.

Die Mercurij. 4. Julij. 1612.

DOMINI (solo Archiepiscopo informante) censuerunt oblationes ratione administrationis Sacramenti Baptismi, & Matrimonij, & primitias spectare ad deputatos per ipsum Archiepiscopum pro exercitio Curæ animarum. Quia cum (vt notissimum est, & inter partes non controuertatur) Cura animarum totius Ciuitatis, & Diocesis Hipalen. resideat pænes Archiepiscopum, qui in singulis parochialibus (exceptis quibusdam spectantibus ad capitulum Hispal.) solitus est deputare ministros pro exercendo officio Curati, necessario sequitur quod oblationes, & primitiæ huiusmodi, vel ipsi, vel ab eo deputatis, & Curam animarum exercentibus, & prædicta sacramenta administrantibus debeantur; ex quo oblationes sunt de iure parochiali, & propter administrationem sacramentorum debent. Host. in sum. tit. de Parochial. sub nu. 3. versi. & hæc presbytero. Abb. in cap. ex transmissa num. 5. de præscrip. Roman. confi. 356. uu. 3. versi. Idem in oblationibus. Rebuffus de Decim. quæst. prim. nu. 24. Et primitiæ sunt soluenda illis, quibus decimæ de iure debentur, & sic Rectori Parochialis Ecclesia: intrâ cuius fines colliguntur, seu illius Curato, vt per gloss. in cap. 1. versi. in primitijs, & ibi Abb. sub num. 8. & alij scriben. de Decimis. Rebuff. dict. quæst. 1. num. 21. Put. decis. 169. lib. 3. Achil. decis. 1. & 2. de Decim. & Tenuit Rota in Toleran. Primitiarum. a. c. p. illis millefimi quingentesimi octuagesimi septimi coram bo. mem. Cardinali Seraphino. Nequæ oblatæ dixerunt quod Beneficiati, vel eorum seruitores aliquando perceperunt primitias, & oblationes: Quia vt declarant testes pro Archiepiscopo examinati, illas perceperunt eo tempore, quo ab Archiepiscopo deputati officium Curati exercebant, & sic eas perceperunt non vti Beneficiati, sed vti Curam animarum exercentes: quo fit, vt tanquam Beneficiati nullum ius super illis acquisierunt.

R.P.D. PAMPHILIO HISPALEN, IVRIS NOMINANDI.
Primitiarum, &c. Luna, 29. Aprilis. 1613.

FVI T conclusum mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi oblationes ratione administrationis sacramentorum Baptismi, & Matrimonij, nec non primitias, de quibus agit, dandum esse Archiepiscopo, & Curatis ab ipso deputatis, de quorum possessione constat per testes pro illorum parte examinatos, qui sunt bene informati, & deponunt de continuata possessione per quam plures annos, & illorum dicta adminiculantur, non solum ex antiquissimis licentijs ab Archiepiscopis concessis, in quibus permittitur istis Curatis exercitium Curæ animarum cum omnibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis parochialibus, quorum appellatione veniunt quoque primitiæ, & oblationes huiusmodi, quæ sunt de iuribus parochialibus, vt fuit decissum in hac causa sub die quarta Iulij præteriti: sed etiam ex assistentia iuris communis, quam super istis primitijs, & oblationibus habent Archiepiscopus, & Curati, vt tenuit Rota in supradicta die

A quar-



quarta Iulij præteriti. Nequè obstat quod supradicti testes non deponant ge-
 neralitèr de tota Diœces. Hispalen. sed de locis particularibus: quia cum cau-
 sa, quàm habet Archiepiscopus pronuèntem ex assistentia iuris communis,
 sit vniuersalis in tota ciuitate, & Diœcesi Hispalen. cuius Archiepiscopus est
 solus parochus; prout inter partes non controuertitur, quasi possessio pro-
 bata de locis particularibus, extenditur ad omnes alios in eadem Diœcesi
 comprehensos. Ad trad. per Oldra. conf. 267. num. 10. Aymon. conf. 55. num.
 1. vers. sed respondeo, Et de antiquitate temp. part. 5. sect. 1. num. 87. & seq.
 Cum alijs adductis in causa Hispalen. iuris votandi 6. Februarij, 1576. coram
 Cantuccio, vt in decif. relat. inter impres. 17. num. 2. part. 2. diuerso. Et in cau-
 sa Assisen. canonicatus. 14. Iunij. 1600. Corâ Reuerendis D. meo Damasceno,
 ea ratione quia magis attendi debet causa actus, quæ est vniuersalis, quam ip-
 se actus. Bald. in l. 1. nu. 24. vers. Tu dic. C. de emanc. lib. Aymon. conf. 75. nu.
 15. Minus obstant testes, qui dantur pro parte Beneficiatorû, ex quibus præ-
 tenditur probata eorum quasi possessio, quia plures ex illis, qui deponunt ge-
 neralitèr Beneficiatos, & eorum seruitores percepisse omnes obuentiones; lo-
 quantur de eo tempore, quo fuerant per Archiepiscopos ad Curam animarû
 deputati: qui propterea in dubio præsumuntur illas percepisse vti curati, & eo
 modo, quod licitè, ac secundum iuris communis dispositionem eas percipe-
 re potuerunt. Iuxta trad. per Bart. in l. gerit. nu. 20. ff. de acquir. hered. Alij
 verò non negant curatos simplices deputatos per Archiepiscopos percepisse
 obuentiones ratione administracionis sacramentorû Baptismi, & Matrimo-
 nij, pro vt deponunt testes dati pro parte Archiepiscopi, quibus etiam in
 concursu, cum habeant pro se iuris assistentiam, est magis credendum Inno-
 cen. in cap. auditis. & ibi Abbas. num. 15. Felin. num. 2. de præscrip. Gabriel.
 de testib. conc. 4. num. 23. & 29. & fuit dictum in causa Pamplonen. præmi-
 nentiarum. 17. Aprilis 1592. Coram bon. mem. Cardinali Pamphilio. Et pos-
 sessio Archiepiscopi, & Curatorum tanquam titulata præferenda capit. licitè
 causam, & ibi Felin. nu. 9. vers. 4. causa de probat. Alex. conf. 88. nu. 9. lib. 5.
 Veral. decif. 336. part. 2. Et fuit dictum Coram me in causa Burgen. iuris præ-
 sidèdi in choro. 28. Maij præteriti. Nequè refragatur confessio facta in lite-
 ris à Gregorio XIII. emanatis, in quibus obuentiones huiusmodi, nec nô pri-
 mitiæ, & alia emolumenta interbeneficiatos de consuetudine distribui di-
 cuntur, quia cum illa non sit moderni Archiepiscopi, sed prædecessorû illius,
 Ecclesiæ, vel successoribus præiudicare nô potest. Paulus de Castr. conf. 338.
 nu. 3. lib. 1. Calderin. conf. 5. nu. 1. & per tot. de confel. Præsertim cum ema-
 nauerit cû alijs personis, & ad diuersum effectû: quæ propterea in casu isto,
 in quo de ea principalitèr dubitatur, attendi non debet. Parisi. conf. 94. nu.
 19. lib. 1. Dec. conf. 348. num. 6. Put. decif. 381. num. 3. lib. 1. Et fuit pluries de-
 cisum. Nec demum obstat, quod non possit dari mandatum de manutenendo
 Archiepiscopo ex possessione curatorum; qui nec etiam sunt in lite. placuit
 enim reponso, quod cum supradicti curati sint deputati ad Curam animarû
 ab Archiepiscopo, & ab illo causam habeant, non dicuntur possidere sibi, sed
 Archiepiscopo, iuxta trad. per Vital. in Clement. vni. num. 23. de officio Vica-
 rij. Lap. A. leg. 5. num. 8. vers. secus in temporalibus. Vnde ei simul cum Cura-
 tis ab eo deputatis debetur manuentio, ad text. in §. retinendâ instit. de in-
 terd. cum simil. & ita decisum.

R.P.D. PAMPHILIO HISPALEN. IURIS NOMINANDI.
 Primitiarum, &c. Veneris 21. Iunij. 1613.

Resolutum fuerat sub die. 29. Aprilis præteriti mandatû de manutenendo
 in quasi possessione percipiendi primitias, & oblationes, de quibus agi-
 tur dandum esse Archiepiscopo, & curatis ab ipso deputatis. Verum
 quia

quia agentes pro beneficiatis supradicta resolutioni acquiescere noluerunt, supradicta die propolui causam super eisdem. & Domini steterunt in decisis, rationibus, & fundamentis tunc in decisione deductis. Neque ob stare dixerunt constitutiones Synodales pro parte Beneficiatorum allegatae ad probandum titulum ex iure speciali, qui est magis attendendus, quam assistentia iuris comunis, quae adducitur pro parte Archiepiscopi, & Curatorum, ex trad. per Aym. consi. 238. nu. 7. & seq. cum simil. Fuit enim responsum, huiusmodi constitutiones non releuare, tum quia sunt extractae lite pendente sine compulsoria libus parte minimè citata, & absq; vlla recognitione, quae propterea non probant. cap. pri. defid. instr. Paris. consi. 35. num. 9. lib. 4. Rot. dec. 36. de prob. in antiq. & dec. 1. defid. instr. in nou. Ultra quod aliqua illarum apparent factae post litem motam, quae incepit de anno. 1572. & propterea non sunt attendendae ad effectum manutentionis, pro qua attenditur status de tempore motae litis. tex. in §. retinendae inst. de interd. Tum quia praedictae constitutiones sunt satis dubiae, & aequiuocae, cum non loquantur expressè de primitiis, & oblationibus, quae debentur, ratione administrationis Sacramentorum, & exercitij Curae, nec loquantur de beneficiatis, sed de clericis parochialibus, & sic videtur potius facere pro curatis, quibus parochiae Cura imminet. Quod eo facilius suadetur, quia non est verisimile, Episcopos in Synodo voluisse super istis primitiis, & oblationibus sibi, & Curatis praedicare: vnde istae constitutiones tanquam aequiuocae deferuire minimè possunt Beneficiatis pro titulanda eorum possessione, ad tex. in l. neque natales. C. de prob. cum similibus, & ita cessat etiam, quod Beneficiati fuerint aliquando appellati clerici parochiales, quia vt dictum est ad exclud. eorum intentionem, sufficit, quod probatio non concludat. Nec possessio Beneficiatorum visa fuit Dominis sufficienter probata: nam quo ad confessionem Archiepiscopi in literis Gregorij XIII. vltra repositiones datas in decisione, quae Dominis placuerunt, fuit etiam dictum, quod illa emanauit per plures annos post litem motam, & sic potest intelligi de possessione de facto, & turbatiua lite pendente, quae non attenditur in hoc iudicio manutentionis, nec praedicitur ciuilititer possidentibus. Castr. consi. 234. num. 1. vers. sed sustinend. li. 2. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 27. & fuit dictum coram bo. me. Gipsio. in causa Sanctae Agathae Beneficij, 8. Iunij, 1598. Et in omnem euentum illa confessio fuit impugnata per Beneficiatos, qui obtinuerunt dictas literas reduci ad viam iuris, quo casu non possunt modo super illis se fundare. Surd. dec. 196. num. 2. seq. Præiudicia, & alia scripturae, quae dantur pro parte Beneficiatorum minus visae fuerunt releuantes, quia vltra quod non sunt de actis, nec formiter extractae, continent actus de anno. 1582. & 1583. citra, & sic post motam litem. Quò verò ad testes, in quibus magna vis fiebat pro parte Beneficiatorum, fuit dictum, ex illis non haberi aliqua concludens probatio, cum isti testes, vel deponant de possessione illorum Beneficiatorum, qui etiam fuerunt Curati, seu adiutores in Cura animarum, vel quatenus deponant de simplicibus Beneficiatis non percutitur tempus ante litem motam: & sic ista probatio in concursu cum testibus Archiepiscopi, & curatorum, qui magis specificè deponunt, non est attendenda. Alex. consi. 150. num. 17. vol. 5. Aym. consi. 94. num. 3. cum alijs adduct. per Gabr. de test. concl. 4. num. 72. maximè stante assistentia iuris communis. Innoc. in cap. auditis, & ibi Abb. num. 15. Felin. num. 22. de praescrip. Gabr. de test. dict. concl. 4. num. 29 & 23. cum alijs indecisione adduc. Nec obstat, quòd supradicti testes Archiepiscopi sint singulares, cum vnusquisquè deponat de locis diuersis, quia cum non agatur de probanda possessione in genere, quae resultat ex actibus particularibus, probatio per testes singulares sufficit. Castr. consi. 151. num. 1. vers. 2. videtur vol. prim. Praesertim quia ad istum effectum manutentionis possessio per dictum vnus testis sufficienter probatur. Gratus consi. 110. num. 8. lib. 2. & fuit dictum in causa Reatina decimarum, 7. Iunij, 1695. coram

coram bo. me. Iusto, Et ex his fuit dictum statum, esse in decis. Verum quia pro parte Beneficiatorum dicebatur, hic agi de statu totius Diocesis Hispaniensis à pluribus annis cõtrouerfo, & testes hæcenus examinatos, vt ex iam dictis apparet non ita explicitè deponere, fuit referuatum particularitè videndum. An sit expediendum mandatum demanutenendo, ante quàm veniat remissoria, ex qua res melius declarari poterit.